

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

XI. An voluptas quaedam sit bonum per se expetitibile?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

lo autem modo propter aliud expetitur: seu ad quod ut scopum pertinent cætera, ipsum verò nusquam dirigitur, teste Aristotele. Tale bonum propriè est Beatitudo.

Bonorum
finis beati-
tudo.

XI.

*An voluptas quadam sit bonum si virtus eque-
morum, id est, per se expetibile?*

Distinguitur.

VOLEPTATEM quandam, ut puriorem in primis, quæ cum natura congruit, & non habet excessum, bonum esse per se optabile, quamvis nullis aliis bonis fuerit comitatum, Aristoteles 1. Ethicorum innuit non obscure. Et certum est, nos suavem concentum seu harmoniam Musicam per se expetere. Sed obstare videntur huic assertioni duo: Primum, quòd voluptas propter vitam expetitur, non è diverso: Quod autem propter aliud est desiderabile, non est per se tale. Secundum: voluptas consequens potius est felicitatis, & tale quid, sine quo virtus exerceri nequit, quàm pars essentialis felicitatis. Ad hæc objecta etiam responderi possit, ex iis quæ suprâ attulimus ad penultimam in quæstione de Idea boni objectionem: tamen nunc responsionem conficiemus ex quadam bonorum *τελειότης*, sumta ex 2. de Repub. Platonis, quæ habet analogiam cum distinctione gene-

R 5 ris in

ris in summum, medium, & infimum. Quædã ita per se desiderabilia sunt, ut ad alia præstabiliora referri nequeant: ut est felicitas ipsa, Deus. Quædam per se quidem & natura sua expetuntur, sed tamen ad alia etiam dirigi possunt, ut sanitas, voluptas & virtus. Quædam deniq; per se ipsa non eliguntur, sed tantum quia commoda sunt ad alia percipienda, ut sunt pharmaca, sectiones, adustiones, & similes molestiæ, quas nonnulli subeunt eo fine, ut sanitatem recuperent.

XII.

An sola virtus eiusq; actio sit bona.

STOTIC id solum bonum esse & experendum dicebat, quod esset honestum: Cetera, ut sanitatem, puras voluptates, formam, acerrimos sensus, divitias, honores, gloriam, non bona, sed *ὀφελήματα* & *εὐχρησθήματα*, id est, emolumenta & commoda & *προσθήματα* prælata, eligenda, præferenda vel sumenda appellabant. Hæc sententia in scholas non est recipienda. Boni enim natura latius patet, quam ut ad virtutē astringi possit. Argumenta Stoicorum soluta facilia sunt: Quorum primum est: Nullū bonum malo est. Divitiæ sunt malo (id est, nocent) seu nutrimenta sunt libidinum & flagitiorum. Ergo divitiæ non sunt in bonis. 2. Bona bonum virum efficiunt: Seu

omne